

iubere reddi Hieronymo Frobenii filio : nam pater, arbitrator, non reuiset nundinas. Sin minus, saltem scribe quid acceperis, et data oportunitate mitto. Quod si quid impenderis in his officiis mea causa, detrahe de summa. Nolim enim vt tuo damno commodes amico. 20

Nactus sum opus quoddam Ioannis Chrysostomi nondum verum. Id /tran>slatum decreui dedicare Regi Portugalliae. Scribe igitur originem et ingenium hominis, quo possim aptius. Spero me ante nundinas ad te missurum opus excusum.

Scito, mi Schete, mihi gratissimum esse tuum officium. Quare si ²⁵ quid erit in quo possim tibi vicissim gratificari, audacter ceu tuo iure postulato. Si qui has reddit Ioannes Danus huc redit, poteris per eum tuto scribere quae voles. Bene vale cum optima coniuge liberisque tuis.

Syngrapha vacua est pro Ioanne de Hondt. 30

Honorabili D. Erasmo Scheto, mercatori Antwerpiensi.

Antwerpiae.

1770,¹⁸⁰⁴ FROM THOMAS MORE.

Breslau MS. Rehd. 254. 112.

LB. App. 334.

Greenwich.

18 December <1526>.

[An original letter, an autograph throughout : delivered at Basle c. 1 March 1527. Leclerc dates in 1525 ; but 1526 is evidently correct, because the *Hyperaspistes* (l. 13) is unfinished. The connexion with Epp. 1740, 1759, 1804 corroborates this.]

S. P. Accepi abs te, Erasme charissime, vnas atque alteras literas, et eas legi quas ad reuerendum patrem Episcopum Londinensem dedisti. Quod calculi morbo, qui te tam diu torsit, successit is qui Linacro fatalis fuit, quanquam diuina bonitas et virtus tua eiusmodi mala tibi vertunt in bonum, nos tamen amicum tui, qui ⁵ nunquam animae tuae bonis tam valde gratulari possumus vt non interim sinus pro humana infirmitate de corpore tuo solliciti, perquam moleste ferimus ; idque non tua tantum causa, cui tam prospera cupimus et precamur omnia quam nobis, sed vel precipue totius orbis Christiani studio, ne morbus iste opera tua clarissima, ¹⁰ quibus Christianam pietatem promoues, interturbet : quae Deum precor vt propere tibi et feliciter contingat absoluere. Sed ante

1769. 16. pater] Clearly Froben was now suffering the pain in his ankle mentioned in Ep. 1900. med. On 16 Nov. 1526 Boniface Amerbach reported to Beatus Rhenanus (Basle MS. C. VI^a. 73. 94-5) : 'Frobenius ex consilio Vendelini (<? Hock of Brackenau : cf. Panzer vi. 65. 324) medici vestri, hypocausti adscriptitius factus est, salutem pedis male adfecti in guaiaco ligno querens'.

21. Chrysostomi] See Ep. 1800.

22. dedicare] Cf. Ep. 1681. 33n.

27. Danus] Probably Bibliopegus (Ep. 1883), who, travelling commercially, acted also as a messenger. He

was at Cologne c. 28 Dec. (Ep. 1775. 1), and at Louvain and Antwerp early in Jan. (Epp. 1778, 1780-1, 1783).

30. Syngrapha] Cf. l. 6.

1770. 1. literas] Not extant ; but probably one of them was contemporary with Ep. 1740, which Holbein (l. 71) carried, the other with Ep. 1759, which gives details of Erasmus' health (ll. 3-7).

2. Londinensem] Tunstall ; cf. Ep. 1726. 1-3. Ep. 1804. 1 shows that he too wrote to Erasmus at this time, and to the same purpose.

4. Linacro] Cf. Epp. 1735. 15-16, 1759. 70-1.

omnia quod adhuc deest Yperaspisti: quo opere nec ceteris omnibus fructuosius, nec amicis tuis iucundius, nec tibi vel speciosius vel magis necessarium potes excogitare. Vix credas profecto opus illud quam aude omnes expetant boni: contra improbi quidam, qui aut Luthero student aut tibi invident, ex ista rescribendi mora gestire videntur et crescere. Quod si intermissi, dum alia quedam interim perficeres—veluti Institutionem Christiani Matrimonii, quod Regina serenissima merito facit maximi; id quod ipsa re breui, vt spero, senties—, aequo animo dilationem fero. Si vt rem tractes per ocium accuratius, etiam valde gaudeo; cupio enim eam partem tractari diligentissime. Sin id est in causa quod quidam ferunt, periculi metum eius operis meditationem excussisse tibi, ne audeas vltterius progredi, nec satis mirari possum nec dolori meo moderari. Prohibeat Deus, Erasme dulcissime, qui tot labores, tot pericula, tot Herculeas erumnas exanclasti, qui sudoribus et vigiliis, vt prodesse orbi, dulces omnes aetatis annos inpendisti, ne nunc tam misere incipias deamare morbosos, vt potius quam perdas calculum, Dei causam velis deserere.

Non vereor ne nunc obiicias mihi comicum illud, 'Omnes quum valemus' et cetera, et 'Tu, si hic esses, aliter sentias'. Equidem de me neque polliceri possum, nec sperare quisquam, qualia de te propter aegregia pectoris in Deo fortis fidentisque specimina mortales omnes expectant. Quod animi robur quin ad extremum vitae tuae actum pulcherrime prestiturus sis, nunquam dubitare possum, etiam si catastrophe foret turbulentissima. Nunquam enim posses non confidere qui tragoediam explicaret, propitium e machina adfuturum Deum. Tantum abest vt nunc te timor obruat vbi, quantum ego video, non multum subest causae. Nam si quid in hoc negotio fuerant intentaturi Lutherani, hoc vel priusquam responderas quicquam, videntur fuisse facturi. Sic enim fecissent ne rescriberes, aut si scripta volebant vlscisci, furias suas effudissent edito libello primo, quo sic depinxisti belluam, sic eius incusorem spiritum monstrasti digito, vt fumidum illum ac tartareum daemonem, velut Cerberum extractum ex inferis, mortalibus visibilem spectandumque exhibueris.

Nunc profecto quid supersit periculi non video, quod non immineret ex aequo etiam si nihil addideris amplius. Nam quum ad calumnias eius in te responderis, quum eum calami tui stilo perfoderis, quum supersit tantum tractatio Scripturarum, quum eam partem te diligenter exequenturum prioris partis mille exemplaribus velut totidem syngraphis, toti orbi fidem tuam obstrinxeris, ne nu(n)c Dei causam prosequaris, qui tuam peregisti, et quae publice promisisti persolvas, presertim quum possis tam facile, ne Lutherus ipse tam excors est vt velit sperare, nec tam improbus vt audeat postulare. Quanquam quin optet te tacere, non dubito, quantumvis

13. Yperaspisti] See Epp. 1667, 1853.

20. Matrimonii] See Ep. 1727.

30. morbosos] sc. annos.

perdas calculum] sc. iudicium: i. e. 'rather than be defeated in controversy, you keep silence'.

32. comicum] Ter. *Andr.* 309-10; cf. Ep. 551. 3.

34. nec sperare] sc. nec de se sperare potest.

45. libello primo] Of the *Hyperaspistes*; cf. l. 13.

figat magnificum tui contemptum in epistola illa ad te, dici non potest gloriosane magis an stulta. Sed tamen satis sibi conscius⁶⁰ est quam mera glacies reddentur, expendente te, quae nunc satis per se frigent, misera illa glossemata quibus clarissimas Scripturas laborat obscurare.

Caeterum quoniam ipse istic in re presente ades, nos longe absumus, si quid in respondendo periculi vides quod nec ipse declinare nec nos diuinare possumus, istud saltem, quaeso, te exoremus, vt secreto responsum scribas et per fidum aliquem ministrum huc transmittas ad nos. Bona fide curabitur et ab Episcopo Londinensi, omnium, vt scis, integerrimo et tui amantissimo, et a nobis, ne in publicum vnquam prodeat, nisi prodeat tuto.⁷⁰

Pictor tuus, Erasme charissime, mirus est artifex; sed vereor ne non sensurus sit Angliam tam foecundam ac fertilem quam sperarat. Quanquam ne reperiat omnino sterilem, quoad per me fieri potest, efficiam. Optime factum quod edito libello opinionem quam de te sparserant impii, quasi Carolostadii fauisses heresi,⁷⁵ pulcherrime confutasti, et illius nebulonis technas, qui libro Germanice scripto eam famam seminauerat, elusisti. Qua de re quam aliquando, si tibi Deus concedat ocium, cuperem in fidei nostre comprobationem tractatum aliquem abs tuo pectore, tuendae veritatis organo commodissimo, proficisci, tamen ita sum de⁸⁰ Yperaspiste sollicitus vt nihil tibi tam cordi esse cupiam vt, quo minus id operis quamprimum perficias, alio tuas curas et cogitationes auocet.

Vale, Erasme, mortalium omnium charissime, ex Aula Grenuici xviii°. decembris.⁸⁵

Toto pectore plusquam totus tuus Thomas Morus.

Viro optimo atque eruditissimo D. Erasmo Roterodamo.

1771. FROM JOHN FABER.

Leipzig MS.

EE. 55.

Esslingen.

20 December 1526.

[An original letter, written and addressed by a secretary, signed by Faber: in sequence with Epp. 1738, 1739, 1755. Its contents may be illustrated by another letter of Faber (Vienna MS. 9737⁸. 22: autograph), written a few weeks earlier from the castle of Honburg, which commanded the valley of the Upper Danube, to his young protégé J. A. Brassicanus (Ep. 1146), whom he had now transplanted to Vienna:

S. Solet Erasmus in rem suam negligentius agere. Hireneum quem Tridentino dedecauit, nondum obtulit: hunc vero indies magno ab hoc desyderio expectat. Quod nisi fecerit, vereor parum muneris se accepturum: quod tamen in promptu est, nisi ipse moram faceret. Aestimat fortassis non vsque adeo referre. Vt igitur illius ego re, velut coepi, diligentius occuper, rogo ipse quam primum comparare mihi velis Hireneum, atque pro more muneris ornari facias compingique

59. epistola] Not extant: answered by Ep. 1688.

71. Pictor] Holbein; cf. Ep. 1740. 20-25.

74. efficiam] More carried out this promise to the full; having portraits

painted of himself and his household, and sketches drawn of most of the members of his family.

libello] The *Detectio Praestigiarum*; see Ep. 1708 introd.

76. nebulonis] L. Jud; Ep. 1737. in.